Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXXV. De his qui angelos colunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

Visual Library

then. Concil. cap. 67. ſtianum, lauacra cum mulieribus celebrare, quia hæc apud gentes reprehenſio prima eſt.

XXXI.

Quod non oporteat cum hæreticis vniuerſis nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare vel filias, ſed magis accipere, ſi tamen Chriſtianos ſe fieri promittant.

XXXII.

1. q. 1. Non oportet hæreticorum bened.

Quod non oporteat ab hæreticis eulogias accipere, quia ſunt maledictiones potius quam benedictiones.

XXXIII.

Quod non oporteat cum hæreticis aut ſchiſmaticis pariter orare.

XXXIV.

Quod omnem Chriſtianum non oporteat deſerere martyrem Chriſti, & ire ad pſeudomartyres, id eſt, hæreticorum, & quos ipſos conſtet hæreticos extitiſſe. Hi namque ſunt alienati a Deo. Sint igitur anathema, qui ad tales acceſſerint.

XXXV.

Quod non oporteat Eccleſiam Dei relinquere, & abire, atque * angelos nominare, & congregationes facere; quæ interdicta noſcuntur. Si quis igitur inuentus fuerit huic occultæ idololatriæ ſeruiens, ſit anathema, quia derelinquit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei, & ſe idololatriæ tradidit.

*angulos

XXXVI.

26. quæſt. 5. Non oportet ſac. & in Agathen.

Quod non oporteat ſacris officiis deditos vel clericos, magos aut incantatores exiſtere, aut fa-

cere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN